

cacem cupientes adhibere medelam. dicto domino petro & successoribus suis canonice substituendis. in competenciores sumptus & in ecclesie scarenensis seruicij maioris auumentum de bonis episcopalibus attribuimus. medietatem curie nostre scaris certis limitibus discretam. cum molendino de marhem. per parochiam de vanghum. & de Gøchem. decimas tam capitales quam frugum cum causis & obuencionibus singulis ex eis racione iuris episcopalis prouenientibus perpetuo iure possidendas. Sub interminacione anathematis perpetui districtius perhibentes. Ne quis institucionis. collacionis. & confirmacionis nostre paginam ausu temerario infringere audeat. aut ullo umquam tempore reuocare. Quod qui fecerit porcionem cum dathan & abyron se nouerit habiturum. Datum almastadum anno domini. M^o.CC^o.L^o.VII^o.V^o. Jdus aprilis pontificatus nostri anno X^o.VII^o.

Sigillen: N:o 1 saknas. N:o 2, 3 skadade.

441.

1257 d. 20 Jun.

Viterbo.

Påfv. ALEXANDER IV:s Stadfästelse af Påfv. Lucius III:s Privilegier för Cistercienser-Orden.

A. 3. P. 2: 6. *)

ALEXANDER Episcopus seruus seruorum dej venerabilibus fratribus vniuersis - Archiepiscopis & Episcopis - Ac dilectis filiis. abbatibus. prioribus. Decanis. Archidiaconis. & aliis ecclesiarum prelati presentes litteras inspe-cturis. salutem & apostolicam benedictionem. Felicis recordacionis Lucij pape predecessoris nostri. litterarum tenorem. in litteris venerabilis fratris nostri Johannis Episcopi Cicestrense contentum perspeximus in hec uerba. LUCIUS &c. *Se föregående N:o 95.* Nos igitur ad eiusdem predecessoris exemplar - Vniuersitatj uestre per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus - quatinus - omnia & singula supradicta diligenter & efficaciter exequij procure-tjs. Nulli ergo &c. nostri preceptj &c. Datum viterbij XII^oKal. Julij - Ponti-ficatus nostri anno tercio,

442.

1257 d. 3 Aug.

Wentabrum.

Ärkedjaken FOLKE ENGELS testamente på en gård i Berhem till Upsala Domkyrka.

A. 4. a. 1.

Vniuersis christi fidelibus presentem litteram audientibus. F. vpsalen-sis ecclesie archidiaconus salutem in domino sempiternam. Quoniam omnes mori-

*) Efter en vidimation af Bisk. OLOF i Roskild af d. 1 Maj 1306.

morimur et sicut aque dilabimur et licet morte nichil sit cercius eius tamen hora nichil incercius estimatur. quia quod tibi heri mihi potest hodie euenire Ideo ego fulco fratribus meis presentibus. consulentibus. et vnanimiter consencientibus. sanus et incolumis presenti pagina testamentum condo & conficio deliberacione prouida precedente. Consideras enim quod personis ecclesiasticis nullus heres proximior esse debet quam his qui nos domino sociauit. nec magnum est si ei nostra temporalia conferimus a quo spiritualia officia suscipimus et honores. do et confero ecclesie vpsalensi mansionem meam in berhem cum omnibus attinenciis suis quecunque ibi in presenciarum sunt aut eidem in futurum iustis modis poterint aggregari. mihi tamen possessione. vsufructu et ordinacione dicte mansionis quam diu vixero reseruatis. Ne autem super premissis in posterum aliqua possit calumpnia aut dubitacio suborirj presentem litteram sigillo proprio et fratrum meorum Laurencii. johannis et magni. dignum duxi communirj. Datum ventabrum anno dominj M°. CC°.LVII°.III°. Nonis aug. Huic etciam littere sigilla. dominj. regis et dominj ducis ac domini archiepiscopj appensa sunt ad corroboracionem et in testimonium veritatis.

På frånsidan: Testamentum domini. Fulionis Archiepiscopi upsalensis in quo legatur bæreme ecclesie vpsalensi.

Sigillen N:o 1, 8 bortfallne; de öfriga N:o 2—7 finnas.

443.

1257 d. 28 Aug.

Viterbo.

Påfv. ALEXANDER IV:s Skydds-Bref för Skokloster.

A. 1. d. 51.

ALEXANDER episcopus seruus seruorum dej. Dilectis in christo filiabus. . . . Abbatisse et Conuentuj Monasterij de Sko Cisterciensis ordinis Vpsalensis diocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Deuotionis uestre meretur affectus ut uos fauore sedis apostolice prosequentes uobis quam digne postulatis gratiam faciamus. Eapropter dilecte in domino filie uestris supplicationibus inclinati, personas uestras cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus & presentis scripti patrocinio comunimus. Nulli ergo &c. nostre protectionis &c. Dat. Viterbij V. kalend. Septembr. Pontificatus nostrj Anno Tertio.

Blybullan hänger i röda och gula silkestrådar.